

2pt. 60

Stanislaus Augustus Dei Gratia  
Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae,  
Rusiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Mi-  
joviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae,  
Silesiae, Severiae, Czerniechowicque.



Significamus presentibus Literis Nostris quorum inter-  
est universis et singulis. Reperiri in Protocollo Cancellariae  
Regni Nostrae Rescriptum Commissionis Granitialis inter  
Bona Terrestria De Ezanne Wierzchowiny et Zagrody, et  
Bona Regalia Dypietyce, cujus Rescripti tenor sequi-  
tur, estque talis. = Stanislaus Augustus Dei Gratia  
Rex Poloniae etc: Magnificis Ignatio Twardowski Subli-  
nensi, Felici Los' Pomerae, Palatini, Cajetano Hrynie-  
wicki Cameracensi, Adalberto Weglerski Hetmenowi,  
Martino Dydynski Subacrovieni Castellani, Jnosii  
Josepho Komorowski Schoviensi, Francisco Kunicki  
Czteryenski, Onuphrio Policki Spotecensi, Florianus  
Dzierzowski Stajniensi Capitaneis, Adalberto Polityto  
Dapifero Hetmensi, Josepho Dydynski Vocillatori  
Crasnostaviensi, Jacobo Przewuski Terrestri, Ignatio  
Porez Castrensi, Notarijs Hetmensibus, Francisco  
Rembielinski Tribuno Crasnostaviensi, Joanni Piarecki  
Regenti, Andrea Karnowski Camerario Terrestribus, Jo-  
sepho Komorowski Camerario Granitiali, Ignatio Sko-  
nyski Vicesgerenti, Hetmensibus, Jacobo Twardowski  
Ensifero Wierzchodensi, Antonio Topuski Jndi Adjutan-  
ti Clava Campestris Regni, Petro Peczowski Tribu-  
no Przasnicensi, Antonio Budzynski Camerario Gra-  
nitiali Sublinensi, Andrea Baranowski Vocillatori Du-  
bacrovieni, Suca Szulinski Subdapifero Siedlenski,  
Cajetano Pzzerbicki Thesaurariae Murensi, Commis-  
sarijs Nostris, sincere et fideliter Nobis Dilectis gra-  
tiam Nostram Regiam. Magi et Jnosi sincere et fide-  
liter Nobis Dilecti. Intelleximus ex relatione certorum

Councillariorum

Handwritten notes in the left margin, including the date '1786' and other illegible text.

Consiliariorum Nostrorum Lateri Nostris assidentium,  
evortas esse differentias occasione limitum et granicie-  
rum inter Bona Terrestria D. D. R. Wierchowium  
et Zagrosy Incesorum Josephi Venetoris Bielscensis,  
et Ignatij Tribuni Majoris Crasnostawienfis Kucze-  
woslie Fratrum inter se germanorum heredito, et alia ab  
una, tum Bona Nra Regalia Dyputyce dicta, pos-  
sioni Ad vitalitiam Inosi Josephi Pufferynski Castel-  
landae Comensis subjecta, parte ab altera. Quas diffe-  
rentias Nos disjudicari, componi, aut complanari  
volentes: Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris / quo-  
rum spectatam fidem, legum Regni peritiam, ac in  
rebus gerendis Dexteritatem, optime Nobis commenda-  
tam habentes / id negotium committendum esse duxi-  
mus, committimusque presentibus Literis Nostris,  
mandantes ipsam, ut juxta Decretum Terrestris Act.  
mense Febr. Secunda ante Festum <sup>Wahrheit</sup> Beatissimae  
Virginis Mariae proxima die scilicet sexta Mensis  
septembris Anno elapso 1779. latum, communi-  
tate inter se Consilio, previa partium quarum in-  
terest, per Literas suas Innotescentiales, Duabus  
ante Terminum Commissionis Dendas septimanis,  
obdestinatione, tum ad citationem Collateralium, ca-  
pitato, beneque viso tempore, ad Bona suprascri-  
pta, seu potius fundos controversos condescendunt,  
ibi demum absentia nonnullorum ex se dimittendo  
ad mentem legis quinque adsint, non obstante;  
Jurisdictione nra Commissionali fundata, ac per Illi-  
nistrialem Regni Generalem Judicij sui apparito-  
rem publicata, ante omnia comportationem Docu-  
mentorum, tam partibus principaliter inter se  
agentibus, quam etiam ex Collateralitate adducendis,  
previa etiam comprobatione juratoria, per quem  
intererit injungant, communicationem si per quam  
partem affectabitur, previa conscriptione Summa:

riorum permittant, eaque Documenta Diligenter  
revideant, trutinent, cognoscant, antiqua signa me:  
talia, et naturales fundorum positiones, ac situatio:  
nes, nec non antiquos scopulos et signa in arboribus  
expressa, pravia revisione ductuum, per utrasque  
partes demonstrandorum inspiciant, considerent,  
et cum Documentis confrontent, testimonia homi:  
num Senum, fide dignorum, etiam De Communita:  
tibus veterum Bonorum eligendorum, scientiam  
in promissis habentium, pravis per eos, super rea:  
liter deponenda testimonia, prestando corporali  
juramento excipiant, exaudiant, Inquisitiones ex:  
pediant, Dimensionationem fundorum, si necessitas  
postulaverit, faciant, et qui ex promissis omnibus cir:  
cumstantijs, magis idoneus, verior, probabilior ductus  
apparuerit, eum sequantur, antiquos scopulos, et si:  
gna in arboribus, renovent, privata vero Authrita:  
te prohibita cujusvis, cum prejudicio alterius,  
facta signa, vel erectos Scopulos annihilent, et Disi:  
pent, rivulos, flumina, antiquos, novosque alveos,  
considerent, observent, Bonaque prefata, neutri  
Partium favendo, sed solum Deum, et Sanctam  
Justitiam pro oculis habendo, in quo conscientias  
Sinceritatum et Fidelitatum Vestrarum oneratas  
spe volumus, abinvicem Dislimitent, mediante per  
Partes utrasque, ad Delineationem Mappa, conductio:  
ne Geometrice Jurati, omnesque Differentias ratione  
eorum eum limitum Decidant, ac quod juris erit  
faciant; quod si vero Partes utraque in probationibus  
ductuum Defecerint, Sinceritates et Fidelitates  
Vestras juxta prescriptum juris, ac legum Regni  
Nostri, tum praxim in talibus usitatam, ac ex re occu:  
lis subjecta, eadem Bona Dislimitent, vel si eadem  
Partes complanare poterint, complanent, Diligenter  
tamen prospiciant, ne Bona Nostra Regalia, aliquod  
Detrimentum, vel injustam avulsionem patiantur.

De Damnis, violentijs, et iniurijs, si qua intercesse-  
runt, Inquisitiones expediant, lectis ijsdem id quod  
iuris erit faciant. Factura sunt promissa etc.  
In quorum fidem etc. Datum Varsaviae Die III.  
Mensis Julij Anno Domini MDCCXXX. Regni  
verò Nostri XL. Anno. Stanislaus Augustus Rex.  
= Quod ejusmodi Rescriptum prout in Dicto Pro-  
tocollo reperitur, Nos ex eodem Describi, et Parti po-  
stulanti in forma authentica extrahi, et Sigillo Re-  
gii communicari jussimus. Datum Varsaviae in San-  
cellaria Regni die XXIII. Mensis Augusti Anno  
Domini MDCCXXX. Regni verò Nostri XL. Anno.

Antt Okęcki GP  
Procur: Rm-

Relatio Mmri Excellm et Audmri  
Domini Antonij Onyphrij de Okęcie  
Okęcki  
Imi Romanen et Varsaviens  
Cancellarij Regni.



Antonius Okęcki S. R. M.  
et Sigilli Regni Secretarius

Ex Protocollo Anni 1780.

Rescriptum Commissionis Granitialis inter Bona  
Terrestria Duceanne Wierchowiny et Zagrody, et  
Bona Regalia Dypraltyce.